Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26346
Copyright: Admont, Benediktinerstift



que theophania uel epyphania ~~uocat~~ nominat.
Theos uero pater ds. phanes apparitio. inde theophania apparitio di. Tota enim trinitas sine manifestata est. Pater in uoce. filius in homine. spiritus sanctus in columba. Vel epiphania. i. supra apparens. eo quod filius uidetur spiritum sanctum descendentem sicut columba. manentem super se. Hoc signum uisionis. ad unum quemque pertinet. Et baptismi significatio singulis conuenit moraliter. sed a. alios baptisare habentur. Dicitur enim baptismus in aqua sola. baptismum in aqua et spiritu. baptismum in sanguine. baptismum in lacrimis. Baptismum in aqua sola fuit ille. de quo in actibus apostolorum legitur. dicentibus apostolis ad petrum. Si spiritum sanctum accepistis credentes. Sed neque in quum sit spiritus sanctus et auditum. et illi. In quo quod baptisati estis. In nomine baptisamini. Baptismum in aqua et spiritu est. quem pietas exercet religio. Denique legitur. Johes baptisauit aqua. uos autem baptisabuntur spiritu sancto. non post multos hos dies. Baptismus in sanguine. quo consecrati sunt martires. Baptismus in lacrimis. quo peccatores redimuntur. Recte autem penitentia designari per baptismum aduertimus. si quem ad perficiendum baptismum conuenuit proponimus. Que confessio nominum. immersio pueri. a. elementis agit. Videtur nisi hec moraliter discussa necessaria sint penitentie. Oportet enim penitentem confitere primum infirmitatem. que designatur in primo nomine. nam primum